Romualdum ducem) 'postulavimus et effigiem annuli sui affigi praecepit'. Reg. S. Soph. Ben. II, 14. — Ughelli X, 452; Troya 422. **59**

— — 'Liutprandus rex donationem patrimonii Alpium Cottiarum, quam Aripertus rex fecerat et Gregorius II. papa repetierat, confirmavit'. Lib. pont. V. Gregorii II. ed. Vign. II, 17. (Ex eo PD. VI, 43, Beda chron. in opp. ed. Giles VI, 330, qui a. m. 4670 = 719 p. Chr. ascripsit, ideo huic anno supposuimus, quamvis annus sit incertus). **60**

Dec. Ad S. Petrum in Germaniciano. Barbatus et Valerianus clerici et Baroncio, frater Valeriani, colonus vendunt Thomae abbati monasterii S. Mariae Farfensis quaedam oliveta. 'Sub temp. d. v. gl. Faroaldi summi ducis g. L. et v. m. Syndolfi civitatis Reatinae mense Dec. ind. III'. Reg. Farf. no. 4. — Troya 371. (Anno 704. quoque charta tribui potest, quod tamen minus probabile, quia Syndolfus gastaldius in altera charta 735, Nov. (vel 720?) legitur). **61**

C. 720.

— In Valle Pulicella in eccl. S. Georgii. Inscriptio ciborii: 'Edificatus est hanc ciborius sub tempore dn. Lioprando rege et ven. Paterno Domnico epescopo . . . et Refol gastaldio'. Maffei, Mus. Veron. p. 181; Troya 487 etc.

— Ticini in eccl. S. Mariae mai. Versus laminae ferreae inscripti: 'Templum Dn̄o devotus condedit Anso tempore praecelsi Liutprandi . . regis'. Muratori, Ant. IV, 766; Id., Novus thes. inscr. p. 1883; Zaccaria, Exc. litt. per Ital. p. 206; Troya 486 etc.

— (Lucae) Teutpald, Dommulus et alii Lucenses fundant ecclesiam et xenodochium S. Silvestri, praediisque ditant. Ex apogr. arch. archiep. Luc. ed. Muratori, Ant. III, 566; Brunetti I, 459 no. 14; Barsocchini V, 2, 6 no. 8; Troya 425. (Tempus ex charta Luc. 720, Mart. fere cognoscitur). **62**

720. Ind. 3— Spt. 1—4; Liutprandi a. 8— Iun. 10—9.

Jan. 29. Pisa. Sunduald vir honorabilis vendit Filicauso medietatem casae suae infra civitatem Pisam sitae. 'Regn. . . Liutprand rege anno VIII. sup die IV. Kal. Febr. per ind. III'. Ex arch. archiep. Pis. ed. Muratori, Ant. III, 1003; Brunetti I, 457 no. 13; Troya 424. **63**

Mart. 1. — Liutprandus nova capitula edicto adiungenda 'cum inlustribus veris obtimatibus . . . vel universis nobilibus